



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 29. De Religionem egressis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

Quintus modus est ex vi officij. Si enim Religiosus habeat beneficium curatum, non impeditur hac constitutio ne praetare suis onibus, quae tenetur ex pastorali officio. Sextus est extrema necessitas articulatae mortis, quoad abolutionem ab excommunicatione. In illo enim ex Concil. Trident. 14. cap. 7. sub finem, omnes sacerdotes quos libet penitentes a quibusvis peccatis & censuris absolue re possunt. Quoad ceteras vero actiones, non est tanta necessitas quantia absolutionis a peccatis, quae praequirit abolutionem ab excommunicatione: nisi quod difficultas sit de administratione Eucharistia suo ioco trahenda. Hic pro praxi monendum est tantum: cum talis occurreret casus, in quo si est cuius est dare licentiam omnino eam datur, si deficeret ut quando id omnino requireretur ad transquillandam moribundam conscientiam, aut ad vitandum populi scandalum) Religiosum posse eam administrare, tanquam casu occurrente in quo excusatetur.

C A P V T . X X I X .

De religionem egresso.

S V M M A R I V M .

412. Transitus a religione laxiori ad arcuorem licitum.
 413. Quatenus licitus sit transitus ad eque aut m. g. lax. am.
 414. Quae religio consenda arcitor.
 415. Documentum de iis qui a religione dimittuntur.
 416. Distinctio inter ecclesiam, frugitatem, & apostolam.
 417. Eius ad religionem renovatum tenetur redire, non tenetur autem transire ad aliud ordinem.
 418. Tenerit absolute ad observationem castitatis: ad observationem vero obedientie religio eorum tenetur animi proposito, si contingat ipsi summae carari.
 419. Quo habitu vir debet.
 420. Quatenus tenetur ad observationem paupertatis, & cui accquirat ea que non fuerint sibi necessaria.

HI sunt in quintuplici differentia: Quidam enim egesti sunt animo transunci ad aliam religionem, quidam sunt dimitti, quidam eieci, quidam fugitiui, & quidam Apostata: de quibus aliquot documenta addemus spectantia ad speciale rationem indicandide peccatis ipsorum.

412. Primum est, transitum a religione laxiori ad arcuorem licitum esse de iure communis. Pro quo est textus satis expressus in cap. Sane, De regularibus, & expressius in cap. Licet, eodem titulo. Ex quo prater approbationem talis transitus, duo habentur notatus digni. Prius est, tali transitui non obstat, quod religio ipsa laxior prius legum habeat a Sede Apostolica, ut Religiosi ipsius nequeant ad arcuorem religionem transire, eo quod id videatur illi ea ratione conceatum, ut verbis eiusdem textus utratur, ne quis ex temeritate & levitate, in iacturam vel in iniuriam suorum, sub pretextu maioris religionis, ad aliud ordinem transuolaret, sicut a multis erat presumptum. Posterior est, transunci licentiam esse perendam a Praelato religionis, a qua transitur: quae licentia si irrationaliter negetur, proterea indiscreti Praetati contradicere non oblitabit, quin subditus libete possit adimplere sanctioris vita propositum.

413. Secundum est, transitum ab una religione ad aliam a qua laxam aut laxiore, licitum esse posse interueniente Superioris dispensatione, & iusta causa. Hoc certi juris esse, & ab omnibus concedi notat Azor canonistis pro ecclasiis, in lib. 12. prima partis Moral. Instit. cap. 14. quæst. 8. Et confirmatur, quia ad talem transitum iustificandum sufficiunt potestas Superioris cum causa iusta: cum sufficientia ad voti relaxacionem: nec aliud sit, quod obstat eidem transitui, quam obligatio voti emissa de observatione perpetua castitate, paupertate, & obedientia in tali ordine.

Is autem Superior est Episcopus si monasterium transiens sub eo sit: sin sit exempta a iurisdictione Episcopi, et eiusdem Praelatus: qui habens autoritatem quasi Episcopalem, potest eam facultatem dare, quando periculum

alicuius momenti virget, vel ad Romanum Pontificem difficultis est aditus, prout habet idem Azor. Cui addet ex Sylva in verbo Religio 4. quæst. 2. debere interuenire consensus Capituli: quoniam res ea est vna de maioribus negotiis monasterij, in quibus talis consentis requiri solet.

Causa vero iusta, quæ præter autoritatem Superioris requiritur ad eundem transitum licitum, si primo, si collapsa sic disciplina in religione striciore. Secundo, si olla & similitates in ea vigeant, quibus destruitur charitas, sine qua perfectio religiosa nequit consistere, ut nemo ignorat. Tertio, si Religiosus petens transfire, sit a lis exodus. Quarto, si ob corporis debilitatem, idem non possit ferre sua religionis rigorem. Multa alia de hoc tantum habentur, tum alijs, tum maxime Sylvestris in verbo Religio 4. & Azor in citato cap. 14. & in sequenti 15. apud quos videnda possunt res relinqueret: contenti obiter monuisse quod ex communis canonistarum sententia Leon. Lessius habet De just. & iure lib. 2. cap. 41. dubit. 13. sub initio.

Religionem arcuorem conferi, quæ est arcuorem obseruantæ, ita ut in ea possit quis tutius & melius salutem suam operari. Ad quod facit, quod possit ex memorato cap. Licet 8. Quia tamen, fatus in religio transitum illum ad arcuorem, concessionem esse ob eundem vitæ agendæ rationem: adeo ut religio suppeditatrix eiusmodi rationis & magistra, videri possit arcitor, tanquam patens vitæ rutoris & securioris; quia hancumque alia religio cui comparatur sit rigidior: aut etiam fructuosis, & altior prout habet Azor in citato cap. 14. quæst. 2. sub finem.

Debet autem Confessarius talem transitum meditatem, si ei se offerat, monere in eodem cap. Licet, §. Quocirca, significari esse à temeritate & sinistra intentione caudum: atq; ad intentionem melioris vita, ad dñndam matutinam deliberationem, & sapientem consilium. Talem transitum, nisi illum eobone sit necessitas aut utilitas notabilis, non esse laudabilem, iuxta D. Thomam 2.2. q. 18. art. 8. tum quia ex eo plurius scandalizantur qui relinquuntur: tum quia exercitii paribus facilis proficit quis in religione quam consenserit, quam in illa quam non consenserit. Accedit illud D. Pauli in pncipiis ad Corinth. cap. 7. vniuersus quisque in vocatione qua vocatus est, permaneat.

Terterum documentum est: Ex iis qui a religione dimittuntur, quodam modo esse religioni adiunctos; ut Notarios, qui tempore probationis inueniunt inepiti dimittuntur: talesq; manent liberi, praesertim cum egredi possum fuerit in ipsorum arbitrio prout habitum est in preced. cap. 2. propositione ultima. Quodam vero adiunctos quidem esse religioni in qua emitunt vota, sed religionem non esse ipsi adiunctam (etiam si vere sint Religiosi) eo quod talia vota in ipsorum simplicia sunt, non autem solemnia neque professio, per quam recipio, & Religiosus obligatus sit religioni ad manendum, perseverandumque in ea; & vicissim religio sit obligata ad eum retinendum, ac transandrum tamquam filium, nisi le reddat ei noxiū. Quæcum ita sit, possunt tales dimitti, quando adfluerint iusta cause: quales ensenatur haec: quod volunt corrigi, & emendari, aut quod etiennam commiserint ratione eius religioni timetur infamia, aut quod impedimentum habuerint, cum quo tanquam essentiali, valde graui in ea religione, non sufficiat admissio, si illud derescissent. Quia de re paulo plenius Leon. Lessius in seq. dubit. 14. quem videat qui volet. Contenti esse possumus addere quod ille in num. 107. tangit. Cum vota predicta sic fiant ut coram emissione Religiosus obligetur ordinis in quo sunt; non autem ordo ipse: ea tunc in cludere conditionem hanc. Si ordinem retinere voluerit. Vnde potest deduci, quod per dimissionem quæ idem ordo recusat omnino talem retinere de eo in conscientia posse iudicari, ut de religio in libertate: etiam si non vacet criminis, si perfide eidem dimissioni occasionem dederit.

Quartum documentum est. Eiusdem a fugitivo & apostata distingui; quod ei eis recedat compulus a Superioribus, bonum commune procurantibus: mandando excursioni illud: quod in cap. Rescindenda 24. quæst. 3. habetur ex D. Hieronymo. Rescindenda sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis a caulis repellenda, ne tota domus, mala,

corpus, & pecora ardeant, corruptantur, putrefcant, intereant. Fugitiuus vero & apostata recedant sua voluntate: illi quidem ut sit extra potestatem Superioris, & ad tempus libere vagetur, interca animum habens redeundi: hic vero, ut deserat suum statum.

Quintum documentum est. Haud dubium esse, quin & fugitiuus & apostata manent obligati ad omnia quae religionis sunt, peccareque illorum transgressione, non minus quam si essent in suo monasterio; cum non debeant ex equitate sua reportare cōmodum: &, ut supponimus, ex sola ipsorum prauitate pendas, quod non sine in monasterio, ita ut nequeant per impossibilitatem excusari. Quia si continget ex eo, quod religio nollet eos retinere: iudicandum est de ipsis tanquam de eius etiā modo quo paulo post dicetur.

Porro tales se ad confessionem offerentes, etiā ad hoc admitti possint ut alibus ibi monitis iuueniunt, iuxta cap. Quod quidam, De penit. & remiss. non tamen ut sacramentaliter absoluuntur: quia pro vere penitentibus non sunt habendi, quamdiu non submitunt le correctionem suorum Superiorum: ad quos proinde oportet ipsos remittere. De eiusvero, non potest eadem facilitate iudicari; nam multa sunt quae de eo vocatione in dubium, ut licet videre apud Azorium in citato lib. 12. cap. 16. & 17. de quibus ipse legendus est, quia possumus contenti esse aliquot documentis quae valent ad directionem Confessarij, talium sacramentalem confessionem excipientis.

417. Sextum ergo documentum est. Eiectum teneri ad religionem reuerteri, si à suis Superioribus reuocetur. Ad quod facit, quod reuerti dolens excommunicari precipiatur in cap. finali, De regularibus. Facit & ratio, quia ex vi votorum & professionis suarum, tenetur usque ad mortem manere in sua religione. Vnde cum sit ei potestas ad illam redendi, tenetur redire, ad implendum quod Deo promisit. Et enim tota causa cur antea excusatetur fuit impossibilitas, hoc est, quod non est in potestate ipsius in illi manere. Quando vero id postea est ipsi possibile, cessat excusatio, & obligationis vis recursit: quia non fuit per electionem extinta, sed solummodo sospita seu suspensa. Eam enim obligationem Praelati non tollunt eiiciendo, ut nec de Religioso faciunt non Religiosum: quod non est in ipsorum potestate sicut. Adverte autem eiectum tanquammodo ad tempus, ut se emenderet, teneri per emendationem se de novo reddere habilem ut recipiat: nec excusari, quin emendatus debeat se religioni offerre, quantumvis ab ea non reuocetur. Secus esse vero, si per publicam sententiam Iudicium ad id destinatorium, eiectus esset in perpetuum, prout ex Nauarro haber Azor in citato cap. 16. quest. 6. inquiens inter cetera: talern tuta conscientia extra religionem ex qua eiectus est, vivere, ut in eo iustum sententiam & penam sustineat ac latur.

Ceterum ad alium ordinem transfire, à suo eiectus non tenetur: quia profondo in una religione non habet intentionem adstringendi se ad aliam: cum determinet illam in qua seruatuus sit peripera paupertatem, castitatem & obedientiam. Neque obstat quod ante ingressum in illum ordinem, forte vorerit vniuersitatem ingressum in religionem: quia tale votum sicut est simplex, ita etiam, perinde ac cetera implicata que emiserit, commutatur in professionem; indeque exinguitur, nec reviuiscit per electionem à religione; praeterea cum ea non obstat, quin professio in suavi obligandi periculosa: adeo ut eiectus sciens sericipiendum, redire tenetur. Quam doctrinam Azor habet in eodem cap. 16. q. 5.

418. Septimum documentum est. Eiectum teneri ad observationem castitatis religiosarum, perinde ac ante electionem. Non tantum enim extra matrimonium eam violare prohibetur, per sextum Decalogi preceptum cōmune omnibus; sed etiam violare in vnu matrimonij; cuius in eundem effectus incapax per professionem in religione approbata, iuxta textum expressum in cap. vnuco, De voto in sexto.

Ab observatione autem obedientiae religiosarum eundem excusari, consequens est ex eo, quod religio in qua professa est, ipsum eiiciendo, omnem de eo curam abiiciat, habendo eum pro non suo: quo sit ut non intendarei quid-

quam precipere aut prohibere tanquam suo. Obedientia autem observationi locus non datur, vbi de cest illam imponens: quia tali actioni deficit materia per defectum Superioris, qui illam suppeditat. Quod autem Nauar. in comment. 2. de regularibus nu. 35. ad eum defectum suppletum (*nisi aliam religionem capessat*) debere ipsum Episcopo se offere ut in eius sit cura & potestate: eiusque mandatis & iussis parere, ex vi voti cogatur Azor in sequenti quest. 11. bene reuicit ex recepto more profitandi, quo obedientia perpetua promittitur tantum Superiori illius religionis & successoribus ipsius; sive immediatus sit, sive mediatus. Vnde sequitur ut si per iustum sententiam à religione excludatur, non cogatur ex vi voti alteri obedire. Ea enim de causa Nauarri ipse fatetur eiectum non tenet ex vi voti, aliam religionem intrare. Ex qua causa patriter colligi potest, nec teneri vi voti se Episcopo offere, vt in eius speciali potestate & cura sit tanquam religiosus; sed sufficit ut in ista aliorum Clericorum obtemperet ei, in cuius diecesi habuerit habitacionis domicilium. Verutamen quia per electionem non definit esse vere & proprie Religionis, etiam nullius religionis sit (perinde ac Episcopus ab Episcopatu suo eiectus non definit esse Episcopus, quantumvis sit ab illo Episcopatu) debet ex vi voti quo adstrictus manet, paratus esse ad obedientiam si contingat ipsum restituiri ad pristinum statum, & in cura & potestate esse Superiorū, quibus obedientiam promisit.

Octauum documentum est. Eiectum vbi dñe habere habitu clericali. Hoc Nauar. habet in sequenti num. 36. & post eum Azor in seq. quest. 13. & Leon. Lessius De iust. & iure lib. 2. cap. 41. num. 112. Ratio ipsorum est, quod per sententiam spoliatus habuit sua religionis, non tenetur, immo nec possit eo vti, vt nec habuit alterius religionis, nisi ad eam transierit: ad quod non adstringitur, vrante habitum est. Vnde superest ut clericali habitu conditioni sua conuenient, vt atque. Addit Lessius in seq. num. 15. à reliquis monasticis obseruantis, vt à ieiuniis, vigiliis, delectu ciborum, silentio esse liberum. Pro quo facit quod obligatio ad eorum obseruationem, ex eo proueniat, quod practibantur ex obedientia, per statutum declarata: atque iuxta antedicta, in cetero à religione, obseruatio obedientie suspendatur.

419. Nonum documentum est. Eiectum ad paupertatem obseruationem ita teneri, ut non prohibeatur eorum que acquisierit administrationem habere, tum ad vita necessaria, tum ad aliquas pias causas. Hoc enim ipso quod eicitur, si ei potestas habet quoad corporis necessaria & animae commoda prouidendi. Si quid autem amplius acquirat, an ad monasterium pertinet difficultas est: cuius partem negantem Nauar. sequitur in memorato comment. 2. nu. 34. quia talis non est amplius monasterij membrum, neque ei subiectus. In eamdemque sententiam propendet Azor in eodem cap. 16. quest. 9. Leonardus vero Lessius in memorato num. 112. secutus Lud. Molinam, De iust. & iure romo 1. tract. 2. quest. 140. affirmantem teneri per hanc regulationem, quod monasterium per monachū culpam & punitiōnem, non debeat amittere ius quod habuit in bonis illius sive acquisitiōne sive acquirendis. Neque enim per electionem ita definit esse membrum religionis, vt haec omne suum ius in illum perdat: ut argumentum est, quod si ab eo repetatur, reuerti teneatur, tanquam ablato impedimento implendi perpetuam obedientiam quā in eadem religione Deo promisit. Eam sententiam tanquam uitriūtū, iudicarim sequendam in praxi.

Supradicti obiter monendum in Concilio Trident. fess. 25. De regularibus cap. 19. editum esse decretum de declaratione Religiosorum contra professionem ab ipsis factam: atque eiusdem præclaram lectu dignissimam declarationem tradi à Thoma Sanchez lib. 7. De matrimonio disput. 37. Apud quem relinquemus, ei qui volerit videndam tanquam spectantem ad fori externi vnum.

LAWS DEO.

LIBER